



Crimen Fori Ecclesiastici

Seu Decretalium Gregorii IX. Pont. Max. Liber V ; Brevi Methodo ad dissentium utilitatem Expositus, In quo praecipuae circa Materiam hujus Libri Quinti, quae tum in Theoria, tum in praxi occurunt, difficultates solvuntur, allatis etiam contrà sentientium fundamentis, & horum solutionibus

Accedunt tres Indices, unus Titulorum initio Operis, duo rerum, & verborum notabilium in calce ejusdem, prior quidem super Tomum præsentem, alter compendiosus super Universum Jus Canonicum

Schmalzgrueber, Franz

Ingolstadii, 1727

VD18 13510827-001

Titulus XXVI. De Maledicis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75255](#)

nitione affiant, &c. si opus fuerit, torqueant, ac in triremibus puniant, etiam alibi passim vigere docent Abb. in c. 12. cit. n. 6. Navar. comment. 3. de Regul. n. 52. Clar. §. fin. q. 77. n. 3. Molin. tr. 3. de J. & J. D. 56. n. 8. Suar. D. 22. de Censur. scđt. 1. n. 44. Coninck. D. 14. dub. 15. n. 191. Avil. p. 2. de Censur. c. 5. D. 3. dub. 12. Filiuc. tr. 15. c. 1. q. 1. Laym. l. 1. 17. 5. p. 2. c. 5. n. 9. ¶ porro. Bonacini. de Censur. in part. D. 2. q. 3. p. 6. scđt. 4. n. 5. Palao tr. 29. D. 3. p. 23. §. 3. n. 11. Wieschner hic n. 6. idque merito; ne alias contra c. ut fame 35. de Sent. Excomm. delicta maneat impunita, cum difficile sit reperire Clericos, qui velint in se suscipere munus capendi, incarcerandi, & verberandi alios delinquentes Clericos. Accedit, quia hujus generis punitionis executio minus decet personam Ecclesiastici.

¹¹ Imò id FF. Minoribus ab Alexandro VI. & Leone X. concessum est per Privilium, ut subditos suos castigare verbis possint per Religiosos Laicos, seu

Conversos, habetur Compend. Privil. Minor. V. Absolutio ordinaria §. 20. & 27. conf. id etiam competit ceteris Praelatis Ordinum, qui cum iisdem privilegiorum communicationem habent, ut notat Palao l. cit. fin. Quapropter partim his Privilegiis, partim consuetudine introducta possunt Religiosi Pralati absque ulla necessitate Religiosos sibi subditos correctione dignos punire medio Religioso etiam Laico. Navar. de sent. Excomm. conf. 42. alias 28. Molin. tr. 3. D. 51. n. 5. Coninck l. cit. n. 191. Laym. n. 9. Palao l. cit.

Quæritur 6. quando Clericus per¹² cussor deponi possit etiam ob percussione non enormem? & tunc, quando consuetudinem habet percutiendi, ita, ut facile procedat ad verbera, etiam pro minimis rebus, præfertim juncto scandalo; nam hic, si admonitus se non correxerit, non debet in Gradu, seu statu Clericali permanere, cum Clericos deceat imitatio mansuetudinis Christi. Pirhing hic n. 2. König ibid. n. 2.

TITULUS XXVI.

De Maledicis.

S U M M A R I U M.

1. Quid, & quotuplex sit Maledictum?
2. Quis dicatur Maledictus in proximum privatum?
3. Quale peccatum committat?
4. Et quam penam incurrat?
5. &c. Quid sit statutum in eos, qui maledicunt Principi Seculari?
7. &c. Vel Pontifici?
10. &c. Aut alii Prelato Ecclesiastico?

13. &c. Modi, quibus aliquis Maledictus possit fieri in DEUM.
15. &c. Hujus pena.
18. &c. Quando pene ha incurvantur?
20. &c. Quæ sit bodierna penarum istarum observantia?
23. &c. Quis fit Judex competens respectu criminis Blasphemie?

¹ Quæritur 1. quid, & quotuplex sit Maledictum: & Maledictum, vel Maledictio à male dicendo, vel loquendo sic nuncupatum est, & dicitur malum dictum, seu mala locutio de alio: & qui ita male loquuntur, Maledici vocantur. Host. Summ. n. 1. b. tit. Pirhing hic. n. 1. König n. 1. Reiffenstuel n. 2. Dividitur in Detractionem, Calumniam, & Blasphemiam, inde Maledicti in Detractores, Calumniatores, & Blasphemos. Blasphemia committitur in DEUM, vel Sanctos; Detractio, & Calumnia in homines, idque vel in Principem, vel in privatum aliquem.

Quæritur 2. quis dicatur Maledictus in proximum privatum? & qui famam, & exultationem ejusdem deprimit vel aliquid mali e. g. quod sit fur, aut adulter &c. de eo enuntiando, vel bonum, & qua-

litatem ipsi competentem v. g. ingenuitatem, nobilitatem &c. iniciando: quod dupliciter fieri potest, scilicet vel absente proximo; & tunc est Detractio: vel eo praesente; & tunc Calumnia appellatur. Pirhing hic n. 1.

Utrumque peccatum ex genere suo mortale est, & ejus reus in foro conscientiae ad reparationem famæ, & exultationis laesa; in externo autem Actione injuria rum, & Palinodia, seu Recantationis tenetur l. item 15. §. generaliter 27. ff. & l. qui liberos 9. cum seqq. C. de Injur.

Clericus in proximum maledicus, maximè Sacerdos, olim ad injuriæ veniam postulandam cogebatur; & si renueret, degradabatur, i. e. suspendebatur, neque ante prefatam satisfactionem ad Officium Ecclesiasticum unquam revocabatur ex Decreto Concil. Cartb. IV. relato can. Cle-
ricus

A 3

ricus 5. junct. *Gloss. V.* revocetur dist. 46.

Quæritur 3. quid statutum sit in eos, qui maledicunt Principi vel Prælato Ecclesiastico? *Rq.* distinguendo inter eum, qui maledicit Principi Sæculari, & inter eum, qui Ecclesiastico qui *Principi Sæculari v. g. Imperatori, Regi &c. maledicit*, præterquam quod gravissimum crimen adversus Legem Divinam *Exod. 22. v. 28. & Tit. 3. v. 1.* committat, secundum Leges humanas olim Majestatis crimen tenebatur, ob criminis atrocitatem, teste Arnobio *libr. aduers. Gentes*: postea tamen Imperatores Christiani, quod maledicta negligere excelsi, & verè Regii animi esse ducerent, voluerunt, ut, qui hujusmodi maledicta effunderet in Principem, non facilè ad supplicium traheretur; quia, ut prudentissimè, & piissimè Theodosius, Arcadius, & Honorius Imp. l. un. C. si quis *Imperat. maledic.* inquit, si id ex levitate processerit, contempendum est; si ex *infanția, miseratione dignissimum*; si ab *injuria, remittendum*: conf. poena illius certa non est, sed arbitraria. Menoch. de arbitr. *cas. 377. n. 9.* Brunnem. ad l. cit. n. 2. Wieltnber bic n. 4. Reiffenstuel *ibid.* n. 6.

6 Excipitur, nisi maledictum contineat verba spectantia seditionem, aut acclamations turbulentas, quibus Principis salus, aut status adduceretur in discrimen; tunc enim, & quoties alia id justa ratio, vel exempli necessitas scelus puniri exigit, causa remittenda erit ad Principem, ut cognoscat, an, & quā poenā petulantis linguae audacia puniri debeat. *Gloss. in l. un. cit. V. remittendum.* Menoch. l. cit. Brunneman. n. 7. Wieltnber & Reiffenstuel l. cit.

7 Quodsi maledictum in Ecclesiasticum v. g. Pontificem, vel Episcopum conjectum fuerit, distinguendum est, an processerit ex temulentia, levitate, insania vel animi injuriâ exulcerati commotione, an verò ex animo injuriandi. *Si prius,* convenit sic maledicentibus injuriam remitti, juxta can. inter querelas 27. caus. 23. q. 4. & l. *quis 10. C. de Episc. & Cler.* quia, ut ibi dicitur, cuiilibet Sacerdoti Statuſ ſui *Sanctitas ignoscendi gloriam dereliquit*, quod mansuetudo eundem, tanquam Christi Vicarium, maximè omnium debeat.

8 Si secundum, videndum, an per ejusmodi maledictum ſoli personæ derogetur, an verò etiam Sedi Apostolice, & Dignitati Pontificali. *Si prius;* iterum mansuetudo Christi, cuius Papa in terris Vicarius est, omnino requirit, ut ipſe tam injuriam ſuę personæ illatam, remittat arg. l. un. cit. si enim juxta hanc Legem Principes Sæculares ſuę personæ ma-

ledicentibus ignoscunt, multò magis id facere debet Papa, qui illis in moribus, & mansuetudine debet esse exemplo. Wageneck in *Exeg. c. 1. b. tit.* Qua in re illustrè exemplum dedit S. Pius V. qui famosi criminis in fe conficti authorem ad se adductum, & supplicia metuentem pari tam demifione, quām magnitudine anni liberum dimisit, postquam eum his verbis est allocutus: *Si tu mibi, ut summo Pontifici, maledixisses, impunè non ferres;* verū quia in Fratrem Michaelēm (hoc nomen ei ut Religioso erat) in Monachum Scarponensem Sc. convitia jaclasti, liber abi, quod vis: ego verò humilitatem generis mei, vitæ, & habitus semper animo retinebo, & libenter confitebor. Barbos. in c. 1. b. tit. n. 2. Pirhing bic n. 4. König n. 3. Reiffenstuel n. 9.

Si posterius contigerit, aut grave scandalum sequeretur, condonari maledictum nec potest, nec debet per textus can. *S. Ieronimæ 24. dist. 63. can. Guiliarius 30. caus. 23. q. 4. & c. innotuit 1. b. tit.* ubi Clericus, qui verba quedam in depressionem Officii, & Beneficii (Papalis) protulit, à Clemente III. ita compesci jussus est, ut poena illius altis terrorē incutiat, ne decetero contra Romanam Ecclesiam in Italia verba prorumpant. Pirhing bic n. 2. Reiffenstuel *ibid. n. 8.* Quia verò in c. innotuit cit. nulla certa pena est declarata, arbitrio Judicis determinanda venit, quæ varia erit pro gravitate culpe, perlonæ maledicentis, & loci, aliisque circumstantiis. Diaz præd. crim. can. V. maledici c. 70. n. 2. Pirh. n. 5.

Porro distinctio hæc obſervanda est¹⁰ etiam in Principe Sæculari, per maledictum offenso, ut putat König bic n. 5. Item in Episcopo: ubi adverto cum Host. Summ. b. tit. S. alii maledicunt principem. Farin. prax. crim. q. 105. n. 402. & seq. Pirhing bic n. 5. not. 6. Reiffenstuel *ibid. n. 10.* & 11. eti Episcopus aliquem ob maledictum, ſoli ſuę personæ illatum, ipfem non poſſit, tum ob Statum ſuum, quem, ut dixi, Christi mansuetudo præprimis decet, tum ne in propria cauſa fit Judex; nihilominus talem arbitrio alterius Judicis pro qualitate delicti puniendum eſſe. Et quidem Judices Sæculares ex officio punire debent illum, qui maledicto offendit Episcopum, vel Sacerdotem, aut alium Clericum, etiam Episcopus, vel alii Clerici eum non acculent; quia universaliter Judicibus Sæcularibus incumbit punire quemlibet, qui aliquam injuriam (qualis utique eſt etiam maledictum) infert locis, aut personis Sacris, ut exprefſe statuitur l. *quis 10. C. de Episc. & Cler.* Reiffenst. n. 11. cit. Si

Si Religiosi aliquem Ecclesia Prælatum offendant, vel ei detrahant de Jure communi debent per duos menses subjacer illis poenis, quæ juxta Regulas, vel Statuta eorum ob gravia crimina imponuntur, textu expresso Clem. 1. §. quibus etiam de Privil. Pirhing n. 5. cit. not. 7. Reiffenstuel n. 13.

Quæritur 4. quot modis maledic-
12 cus aliquis fieri possit in DEUM. R. fit
hoc triplici modo. 1. quando aliquid
affirmatur de DEO? quod ipsi non con-
venit; e. g. quod sit crudelis, injustus &c.
vel negatur, quod ei competit, v. g. Scien-
tia, Potentia, Providentia &c. aut quod
Divinitatis proprium est v. g. Omnipotens,
Omnipotens &c. alicui creaturæ v. g.
Dæmoni attribuitur: hæc blasphemia Ha-
reticæ vocatur. S. Thom. 2. 2. q. 13. art.
1. Sylv. V. Blasphemia q. 1. Farin. prax.
crim. q. 20. n. 11. Gonzal. in c. fin. b. tit. n.
6. Engl. bic n. 1. Pirh. n. 7. König n. 2.
Wiestner n. 7. Reiffenstuel n. 15.

2. Quando DEUM quis detesta-
tur; vel ei impetratur malum aliquod,
v. g. ut pereat, aut moriatur, ut confun-
datur, contemnatur, vel non amplius co-
gnoscatur, & punire possit peccatum; item
cum quis DEUM, aut Christum, vel
eius membra contemptum, & indecenter
nominat: hæc Blasphemia Simplex dicitur.

3. Quando indecentia, & contu-
14 meliosa verba in Deiparam, aliisque San-
ctos jaciuntur, v. g. illam non esse Virgi-
nem, istos non esse in coelo &c. sicut enim
DEUS laudatur in Sanctis suis, ita etiam
Blasphemia quæ fit contra Sanctos, in ip-
sum reducat, indéque ut Blasphemia in
DEUM reputatur, ac punitur. S. Thom.
art. 1. cit. in Corp. Covar. in c. quamvis de
Pæd. p. 1. S. 7. n. 8. Clar. §. Blasphemia n.
1. Farin. q. 20. cit. n. 25. Gonzal. in c. fin.
b. tit. n. 6. Engl. bic n. 1. v. quod porro, Pirh-
ing n. 7. Wiestner n. 7. Reiffenstuel
n. 15.

Quæritur 5. quale peccatum sit
15 Blasphemia, seu maledictum in DEUM?
& quibus poenis per Jus commune, vel
confuetudinarium afficiatur? R. est
gravissimum scelus, & severissimis poenis
ipso Jure castigatur. Nam 1. in Veteri
Testamento, qui nomen Dei blasphemava-
isset, à populi tora multitudine lapidibus
opprimebatur, ita præcipiente supremo Le-
gislatore DEO. Lev. 24. v. 16.

6. Jure Ecclesiastico olim, si Cle-
rici fuerunt, deponebantur ab Officio; si
Laici, per Sententiam excommunicaban-
tur can. si quis 10. caus. 22. q. 1. Po-
nsta vero istis Pœnitentia publica, &
mulæta pecuniaria decreta est c. fin. b. tit.
Demum in eosdem, & Clericos Blas-
phemos varie tam pecuniariæ, quam cor-

porales pœnæ, pro delicti, delinquen-
tium, & aliarum circumstantiarum varietate
inflictingæ, statuta sunt per Conf. Leo-
nis X. incipit Superne d'spositionis, quæ est
septima in tom. 1. Bullar. Cherub. Julii III.
incipit in multis quæ est 23. in dicto com.
1. Bullar. & S. Pij V. incipit cùm primum,
quæ est quinta in tom. 2. Bullar. quas ta-
men usu ferè non receptas, & propte-
re in Blasphemorum punitione locorum
confuetudines & Statuta observandas mo-
net Palao tr. 17. D. 2. p. 2. S. 5. n. 1.
Qui Blasphemiam Hæreticalem proferunt,
de Hæresi suspecti sunt: proinde contra eos
per Ordinarios locorum inquisitio fieri de-
bet. Engl. bic n. 3.

3. Jure Civili per Novell. 77. c. 17
1. S. fin. in eos constitutum est ultimum
supplicium: quod confirmavit Carolus V.
in Recess. August. de Anno 1548. §. 1. &
seqq. ubi blasphemæ in DEUM iubentur
puniri morte vel amputatione membro-
rum; blasphemæ in B. V. & Sanctos, si
moniti non resipiscant, vel in corpore, pu-
ta, fustigatione, lingue seftione, aut am-
putatione &c. vel in bonis pro qualitate
personæ, gravitate maledicentia, & alia-
rum circumstantiarum.

Quæritur 6. quando pœna hæ in-
currantur? R. incurritur, quando
Blasphemia pronuntiatur plenè deliberato
animo; nam si hoc fiat ex mala confue-
tudine, in plena ebrietate, vel etiam in ca-
lore, & impetu iracundia, ortum haben-
tis ex gravi, & justa causa, talem blasphemiam
pronuntians ordinaria pœna non
subjecet, sed mitius arbitrio Judicis puniri
debet. Clar. §. Blasphemia n. 16. Me-
noch. de arbitri. cas. 375. n. 33. Farin. prax.
crim. q. 20. n. 24. Pirhing bic n. 11.
Reiffenstuel ibid. n. 24. arg. c. fin. b. tit. ibi
presumpserit, quod importat deliberatio-
nem, quam ebrii non habent, nec satis
habere censemur iracundi, utpote qui ne-
scient, quomodo aut quid agant.

Dixi autem notanter, Ortum ba-
19 bentis ex gravi, & iusta causa: qualis es-
set, si vir, uxorem in adulterio reprehendens,
irâ commotus blasphemet; si enim
iracundia ex levi, vel etiam gravi qui-
dem, sed iusta causa proveniat, v. g.
siquis iusta privatus Officio, aut alias
graviter punitus, vel ob perditam lusu ma-
gnam sumnam pecunia, indéque irâ
commotus blasphemet, pœna ordinaria,
& per consequens etiam ultimo supplicio
subjecet, ut cum DD. citt. notat Abb. in
c. fin. cit. n. 6. Clar. §. fin. q. 60. n. 9. Fa-
rin. q. 20. cit. n. 48. & 49.

Quæritur 7. quæ fit hodierna pœ-
narum istarum observantia? R. hodie
à pœnarum istarum rigore multum re-
cessum est. Covar. in c. quamvis de Pæd.

p. 1. §. 7. n. 10. Clar. §. Blasphemia n.
3. Pirhing bic n. 12. König ibid. n. 4.
fin. Hinc consideranda sunt Statuta
particularia locorum. In aliquibus Pro-
vinciis Blasphemi puniuntur fustigatio,
seccione linguae, vel amputatione labii &c.
Engl bic n. 3. Commutantur tamen ha-
poena aliquando in arbitrias ex qualita-
te personae, scilicet aetate, & dignitate
illius, ac qualitate Blasphemiae, si levis fue-
rit, aut sine sufficienti deliberatione, ex
sabitaneo impetu irae, aut in ebrietate, ut
n. 18. dixi, prolatia.

21. In Bavaria ut plurimum vigent
penae Jure communi Statuta, ex Jure
ejusdem speciali Polizey-Ordnung libr. 5.
tit. 7. art. 1. ubi blasphemii pro varietate
circumstantiarum aut pecuniarum, aut cor-
porali, & si enormes Blasphemiae sint, am-
putatione linguae, aut capitis penam plecti
possunt. Wiestner bic n. 10.

22. Qui sine respectu ad DEUM, &
Sacramenta, ex mala consuetudine, vel ex
sabitaneo ira, indignatione contra homi-
num, vel jumentum erumpunt in voces
Gott-sacrament, Gott-saufsend-und
Sühnen-Sacrament &c. & non quidem rei-
erunt Blasphemiae saltem formalis, rei-
namen fient de indignè pronuntiatio Divi-
ro nomine contra secundum Praeceptum
Decalogi. Engl n. 2. Et hinc poenas
Blasphemorum ordinarias non incurunt,
bene tamen extraordinariam, quæ in Ba-
varia nostra per Judices magis timentes
DEUM imponitur, juxta dispositionem
Statutorum Bavaria tit. 7. cit. art. 2. Reif-
fenstuel n. 26.

23. Quæritur 8. quis sit Judex com-

petens respectu criminis Blasphemiae?
R. cum distinctione: Vel enim ista Ha-
reticalis, i. e. conjuncta cum expressa Ha-
resi est, vel non. Si primum, cognitio
de illo ad Judicem Ecclesiasticum perti-
net, prout constat ex dictis Tit. 7. à n.
175. & tradunt Farin. prax. crim. q. 20. n.
39. Barbos. de Offic. Episc. alleg. 51. n. 93.
& in c. fin. b. tit. n. 6. Wiestner bic n. 11.
Si secundum est mixti fori. Abb. in 24
c. fin. b. tit. n. 9. Sanch. l. 2. mor. c. 32.
n. 37. Farin. q. 20. cit. n. 39. Marta de Ju-
risd. p. 2. c. 13. n. 11. Barbos. alleg. cit. n.
93. & in c. fin. n. 6. Gonzal. ibid. n. 7.
Pirhing bic n. 14. Wiestner n. 12. Reif-
fenstuel n. 28. & sumitur ex c. fin. cit. ibi,
per Episcopum suum penam subdatur, ---
& per temporalem præterea potestatem coa-
ctionis, si neceſſe fuerit, Episcopi Diocesanis
adhibita --- mulctetur.

Ex quo sequitur, in crimen Blas-
phemiae non Haereticalis contra reum La-
cum esse locuta preventio, ita tamen,
ut, si unus Judex v. g. Ecclesiasticus Blas-
phemum punivit, per hoc non impedi-
atur Judex Secularis, quin eundem etiam
ipse in suo foro punire valeat, si prior mi-
norem committeret reo penam imposue-
rit. Farin. n. 39. cit. Barbos. alleg. cit. n.
95. Pirhing n. 14. Wiestner n. 12.

Imo etiam Blasphemiam Haeretica-
lem, consuetudine in his partibus paſſim
vidente. Judices Seculares judicare,
& punire consueverunt: idque, ut appa-
ret, ideo, quia etiam Haereticalis ordi-
nariæ potius ex mente blasphemia, quam
Haereticali, & ex errore intellectus profecta
præsumitur. Reiffenstuel n. 29.

T I T U L U S XXVII.

De Clerico Excommunicato, Deposito, vel interdicto ministrante.

S U M M A R I U M .

1. *Penæ Clerici depositi ministrantis in Or-
dine, vel Officio sibi prohibito.*
2. *&c. Penæ ministrantis in Censura Ecclesias-
tistica.*
3. *&c. Requisita, ut Irregularitas ab hoc in-
curratur.*
4. *&c. Cause ab Irregularitate hac excu-
santes.*
5. *&c. An Irregularitatem incurrat etiam
Excommunicatus non visitandus ministrans
in Ordine?*
6. *&c. An Sacerdos Excommunicatus, su-
spensus &c. Sacramentaliter absolvens?*

24. *&c. Quando per administrationem in-
validam Sacramentorum Excommuni-
catus incurrat Irregularitatem?*
25. *&c. An Irregularitatem incurrat Sa-
cerdos Excommunicatus, quando non
conficit Sacramentum, sed tantum al-
iquo modo ad illud concurrit?*
26. *&c. An exercens actum proprium Ordinis
minoris?*
27. *&c. An qui dubitat, num verè Excom-
municatus sit?*
28. *&c. An irretitus Excommunicatione so-
lum minore?*

Vena